J. D.
M.
23

Mi charissime frater. Si cum tuis vales, bene est: nos, D. q. valemus. Novissimas tuas, de 1 Nov., Boherus Mz Cassky reddidit, unde et valetudinem vestram, et operas tuas, curas, cum gaudio intelleri. Deus labores tuos prosperet, ut nec officiant valetudini, et in bonum Ecclæ ex voto proficere videant. Mitto fasciculum à Dño Ricketio, cùm discederet hinc, mihi traditum; qui, quòd absq; literis meis dimittere nollem, et scripturi parum vacaverim, maturiùs non venit. De pecuniis tuis curo, si spes est, ante festum salutiferæ nativitatis numeratum iri. Cùm accepo, confestim respicies. Dissertationum D. Crocij exemplar, nisi ipse miserit, opam dabo ut alicunde accipias. Interim cum dulcissima conjuge et liberis, quibus à me et nea salutem adscribo, rectè sinè vale. Dab. Bremæ 6 Dec. 1624.

Tui amantissimus frater
G. Cas. D.

Loco D. Bergij p.m. vocatur
D. Wolfgangus Crellius, olim professor
Acad. Francofurtensis ad Viadrum,
ubi illum novi, Sympatriota noster,
& vir pelare eruditionis: nisi quod
in articulo de modo vel amplitudine Divinæ
gratiæ, cum nostratibus Theologis non
faciat: magnaq; facultate docendi ex
utraq; cathedra. Deus ipsi venienti lar-
giatur Spiritum intelligentiæ et pacis.

Fratri charissimo
D. Johanni Koch, S. S. —
Linguæ professori
in celeberrima Fri:
liorum academia —